

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0001-2

V 882

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0002-8

27

CHRISTOPHORI WACKII
ICTI CELEBERRIMI

# COMMENTATIO IVRIDICA DE ADAERATIONE OPERARVM & SERVITIORVM RVSTICANORVM

Oder:

# Vom Frohn- und Hufen-Gelde.

EDITIO TERTIA.

LIPSIAE, APVD IO. CHRIST. SCHROETERVM
AN. MDCCXXXXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0003-3

## L. B.

DEliberabam mecum, quod thema diſputationis inauguralis ſeligerem. Antehac conſtitueram mecum, præſentem materiam ſub diſputationis incudem revocare, ſed cum nuſpiam rebus Electoralibus præfecti copiam Receſſuum ea de re confectarum, in quibus tamen omne, ad rem rite tractandam, momentum poſitum, mihi facere vellent, mutavi animum, & ad capitationes in Electoratu Saxonico, ſub nomine Quatember-Steuren, receptas converti, ſpe fretus potiendi copia eorum, quæ hactenus per tot Comitia provincialia, ultra triginta annos de iis propoſita, deliberata & tandem utrinque probata ſunt: exinde enim, quicquid publice ſancitum de iſtis capitationibus, interpretari præcipue oportuit; ſed & hæc ſpes me fefellit. Dum iterum hæſito, quo vergendum, ex viri cujusdam eruditi nuper defuncti collectaneis manuſcriptis nonnulla Receſſuum exemplaria fide publica tranſumpta, mihi adferuntur, quæ adjectum jam dudum animum reaſſumi fecerunt. Fateor, plena manu & ad amuſſim, quicquid huc pertinet, traditum non eſſe. Et qui potuit, cum feſtinandum mihi, in diverſa indies diſtracto negotia practica fuerit, Doctorem, qui commentando, conſulendo vel decidendo hanc materiam aliquatenus explanaverit, reperire non licuerit, lites ea de re forte ortas ventilare, & Juris peritorum judicio decidendas ſubmittere, vix permittatur; Facta vero & mores temporum noſtrorum examinare, & ad Juris Cynoſuram redigere voluiſſe, factum & audacis & arrogantis, oleum præterea & operam perdentis fuiſſet. Vale L. B. & hoc qualicunque labore fruere.

§. I.

Hufe, vocatur Latine Manſum. Vocum harum Etymologiam, Homonymiam & Synonymiam cum noviſſime diſputatio ſub Dn. *Samuele Stryckio* Francofurti ad Oderam anno 1679. *de agris deſertis*, oder von Wüſten Hufen, habita, late & curate per totum caput 2. exhibuerit, actum agere nolumus; imprimis cum nobis feſtinandum & brevitati ſtudendum ſit. Nobis hic eſt certa quantitas vel menſura agri, ſecundum quam pecunia in vicem operarum vel ſervitiorum diſtribuitur & præſtatur. Et uti alias, pro diverſitate regionum manſum plus vel minus terræ complectitur; ita etiam quilibet fere diſtrictus in Electoratu Saxoniæ aliter Manſi quantitatem determinat, ut aliis 10. aliis econtra 15. 20. 25. vel etiam 30. jugeribus conſtet, teſtante id quotidiana experientia. Unde monentur præfecti conficiendis Manſorum cataſtris oder derer Hufen-Regiſter: Daß ſie zuförderſt fleißige Nachricht einziehen, wie viel Acker auf eine in iedem Fluhre gerechnet werden, idque potiſſimum hanc ob cauſam: Darmit auch die einzelnen Acker in Hufen gerechnet, und alſo das gantze Fluhr auf eine gewiſſe Hufen-Anzahl determiniret und in Anſchlag gebracht werden könne.

§. II. Geld, Latine pecunia, quid ſignificet, quæ ſit vocis Etymologia, Homonymia & Synonymia, vid. *Beckman. de origin. Lat. ling. verbo Pecus. Voſſius in Lex. Etym. Verbo Pecunia, & Dd. ad L. 4. 88. 97. 178. & 222. de V. S.* Denominatur extrinſecus varie, tum a præſtationis cauſa efficiente, finali, formali, impulſiva, objecto, ſubjecto, occaſione, tum aliunde; prout iis tandem placuerit, quorum præſtari pecuniam ex certa & nova ratione intereſt. Unde Fruchtgeld, Weingeld, Forſtgeld, Trifftgeld, Pfluggeld, Dienſtgeſchirrgeld, Pulvergeld, Pandaliergeld, Musquetengeld, Mühlſteingeld, Hauptgeld, Hundekorngeld, Hufengeld, & quæ centum nomina ſunt alia.

§. III. Hufen-Geld nobis eſt id, quod in pecunia numerata loco operarum & ſervitiorum a ruſticis pro modo poſſeſ-

poſſeſſionis Manſorum vel agrorum præſtatur. Non diffitemur, cum origo & cauſa primæva hujus oneris non ſit poſſeſſio agrorum, ſed ſervitia & operæ ruſticorum perſonales, quarum vicem illud ſubiit, rectius vocari Frohn- oder Dienſt-Geld, idque propter originalem cauſam & rationem, ſecundum quam alias nomina imponuntur. *Bl. in L. Humanitatis & num. 2. C. de Impub. Subſtit. Weſenb. 1. conſ. 34. n. 56.* Attamen cum hoc nomen imponentibus & huic oneri certam & diſtinctam naturam tribuentibus ſemel placuerit, & uſu receptum ſit, merito id etiam retinemus, rati, de nomine fruſtra diſputari, ubi certa eſſe qualitas reperitur, ad cujus veram & exactam cognitionem non etiam nomen, ſed præprimis quid ex Domini & ſubditorum conventione & confectis deſuper Receſſibus ipſi congruit, attenditur. *Poſt alios Menoch. Lib. 3. præſumpt. 105. n. 11. & conſ. 372. n. 20. Lib. 8.*

§. IV. Cæterum, cum Terminus Hufen-Geld, prout recepta uſu ejus eſt ſignificatio, nomen cum alio definitione eodem commune non habeat, operam evolvendæ Synonymiæ impendere non opus erit. Ratione æquivocationis notandum, quod ob identitatem cauſarum & modi præſtandi etiam ea pecunia hoc nomine indigitetur, quæ a nudis tuguriorum poſſeſſoribus agrum non habentibus in vicem operarum ſolvitur. *Vid. infra* §. 16. Præterea denotare poteſt hæc vox tum pecuniam pro operis exſolvendam, tum munus ipſum juxta agros in locum operarum ex conventione diſtributum. Et ſic poſterior ſignificatio ad noſtrum inſtitutum pertinet.

§. V. Quidditatem rei exhibemus verbis ſequentibus: Hufen-Geld eſt munus patrimoniale ordinarium, quod ex conventione ruſtici ad operas & ſervitia Domino obligati, eidem pro modo poſſeſſionis manſorum vel agrorum in pecunia numerata ſtatis temporibus, propter utilitatem agriculturæ, in vicem operarum & ſervitiorum exhibent.

§. VI. Dixi eſſe munus, ut quod prædicari poteſt vom Hufen-Gelde eſſentialiter & in quid, & præterea latius eſt. Dixi, eſſe munus patrimoniale ordinarium, quo adjecto ex genere remoto fit proximum. *vid. infra* §. 9. & 10. Reliqua verba differentiam exhibent, quæ deſumpta (1.) a cauſa efficiente, quæ eſt conventio ea de re inter Dominum & ſubditos inita. *vid.* §. 11. (2.) a ſubjecto præſtante, quod ſunt ruſtici ad ſervitia Domino obligati. *vid.* §. 13. (3.) a ſubjecto recipiente, quod eſt Dominus, cui exactio operarum competit. *vid.* §. 19. (4.) a forma, quæ exprimitur verbis: pro modo poſſeſſionis agrorum in pecunia numerata ſtatis temporibus. *vid.* §. 22. (5.) a cauſa finali, quæ eſt utilitas agriculturæ. *vid.* §. 23. & tandem (6.) ab effectu, qui eſt immunitas ab operis, in quarum vicem pecunia ſolvitur. *vid.* §. 24.

§. VII. Progredior nunc ad originem des Hufen-Geldes, quæ ex Receſſibus ſequentibus, quibus ſimiles omnes Præfecturæ Electoratus Saxonici, ubi receptum eſt hoc munus, agnoſcunt.

## I.
### PRÆFECTURÆ PORTENSIS.

Heute *dato* haben die Pförtiſchen Unterthanen nach lang gehabter Berathſchlagung ſich freywillig und wohlbedächtig erbothen, wann bey dem Churfürſten zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg ꝛc. Unſerm Gnädigſten Herrn, unterthänigſt zu erhalten, daß ſie der Torgauiſchen und andern Fuhren befreyet werden könten, daß ſie von ieder Hufe des Jahrs über, ſo lange es der Gnädigſten Herrſchaft beliebete, vier Gülden an Meißniſcher Wehrung, auf vier Qvartale, künftig *Trinitatis* damit anzufahen, entrichten, und iede Dorffſchaft davor *in ſolidum* haften wollte, mit Bitte, es dahin zu richten, damit ſie darbey gelaſſen werden könten, in Anſehung ihrer ohne das ſchweren zu der Schule gehörigen Frohn-Dienſte, und daß ſie bishero mit den Patent-Fuhren verſchonet würden; Als:

Berndorff - - 11. und ein Achttheil Hufen.
Taugwitz - - 16. ein Vier- und Achttheil Hufen.

Döben

Döben wüſte Dorff = = 3. und drey Viertheil Hufen.

Darnſtedt = = 17. und ein Viertheil Hufen.

Franckenaw wüſte Dorffmarck = ein Viertheil Hufen.

Gernſtedt = = = 20. Hufen.

Haßenhaußen = = 24. ein Vier = und Achttheil Hufen.

Hohndorff = = 5. und eine halbe Hufen.

Hoppendorff = = = 2. Hufen.

Ließdorff = = = 29. Hufen.

Laſen wüſte Marck = = 17. und drey Viertheil Hufen.

Niedermöllern = 30. drey Vier = und ein Achttheil Hufen.

Obermöllern = 22. drey Vier = und ein Achttheil Hufen.

Membleben = = 19. und drey Viertheil Hufen.

Pomnitz = = = 16. Hufen.

Poppel = = = = 10. Hufen.

Roßbach = = 9. und eine halbe Hufen.

Rehehaußen = = 15. und ein Viertheil Hufen.

Spielberg = = = 18. Hufen.

Tauſchitz wüſte Marck = = 4. Hufen.

Zewickau = = 17. und ein Viertheil Hufen.

Summa der Hufen thut

310. drey Vier = und ein Achttheil Hufen. incluſis 71. Häußler, derer 8. vor eine Hufe gerechnet ſind,

Als: Zu

Bendorff = = = 1. Häußler.

Taugwitz = = = 3. Häußler.

Haußenhaußen = = = 7. Häußler.

Niedermöllern = = = 3. Häußler.

Obermöllern = = = 4. Häußler.

Membleben = = = 30. Häußler.

Poppel = = = 2. Häußler.

Rehehaußen = = = 14. Häußler.

Spielberg = = = 4. Häußler.

Zewickau = = = = 2. Häußler.

Thun die Hufen am Gelde,

1243. Fl. 10. Gr. 6. Pf.

Wann

Wann dann ſolche ihre freywillige Erklährung, biß auf gnädigſte Ratification, acceptiret, und ihnen hierneben vermeldet worden, es ietzo wohl zu bedencken, was ihnen am zuträglichſten, damit ſie in Zukunft nicht ſagen dürften, ſie wären mit Neurung beſchweret, oder könten das Bewilligte nicht entrichten: Als ſoll es nunmehr unterthänigſt referirt werden, und da gnädigſte Ratification erfolgte, ſollen ſie aller und ieder Pferde- und Hand-Dienſte, ſo lange dieſes Geld entrichtet wird, entnommen werden, und nicht mehr ausgezogen und reſervirt ſeyn, als die Bau-Dienſte mit den Pferden und der Hand, iedoch weiter nicht, als zu der Pforte, und keinem frembden Amte, desgleichen die Jagt-Dienſte ebenermaſſen, mit den Pferden und zu Fuß, wenn die gnädigſte Herrſchaft in der Perſon um die Gelegenheit und Refier herum Jagten anſtellen und halten wird, ſo wohl die Moſt-Fuhren gegen den vorigen gewöhnlichen Lohn, nach Leipzig, auſſer dieſen ſollen ſie zu keiner Fuhre verbunden ſeyn, iedoch ohnbeſchadet der Dienſte, ſo einer oder der andere der Pforte oder derſelben Forwergen, und was denen anhängig, von Alters her zu leiſten ſchuldig, oder ſonſten mit Gelde verrichten müſſen. Es ſoll ihnen auch, wann die Ratification verhanden, ſchriftlicher Schein wegen dieſer Befreyung ausgehändiget werden.

Uhrkündlich iſt ihnen dieſes abgeleſen, von ihnen beliebet, und von dem Herrn Cammer- und Hof-Rath D. David Döringk, und Nicol von Loß, ſo wohl dem Schul-Verwalter zur Pforta Hans Beckern und dem Gerichts-Voigte Wolff Lindenern, desgleichen wegen der Unterthanen, dem Land-Richter zu Haſſenhauſſen Bartol Schiffern, beſiegelt und unterſchrieben. Geſchehen zur Pforta den 1. Aprilis 1618.

(L.S.) David Döringk. D.

(L.S.) Wolff Lindener.

(L.S.) Nicol von Loß.

(L.S.) Bartol Schiffer, Richter im Namen der ſämbtlichen Unterthanen der Schule Pforta.

(L.S.) Johann Becker.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0010-2

## Von GOttes Gnaden Johann George, Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg ꝛc. Churfürſt ꝛc.

LIeber Getreuer, Uns iſt unterthänigſt fürbracht, welcher geſtalt, beſage der beygelegten Copien, dero biß auf Unſere Ratification zu Pappier gebrachten Abhandlung, Unſers Schulen-Ambts Pforta Unterthanen unterthänigſt und freywillig ſich erklähret, wann ſie der Torgauiſchen und anderer Fuhren und Frohnen, gnädigſt erlaſſen werden könten, daß ſie (unbeſchadet der Bau-Dienſte mit den Pferden und der Hand, desgleichen der Jagt-Dienſte mit den Pferden und zu Fuß, wann Wir in der Perſon um ſelbige Gelegenheit und Refier herum Jagten anſtellen und halten möchten, ſo wohl der Moſt-Fuhren nach Leipzig gegen den vorigen gewöhnlichen Lohn. Item der Dienſte, ſo einer oder ander der Pforte und derſelben Forwergen und was denen anhängig, von Alters zu leiſten ſchuldig, oder ſonſten mit Gelde verrichten müſſen) jährlich auf vier Qvartale ein gewiſſes Geld von ieder Hufe entrichten und abtragen wollten. Ob Wir nun wohl nicht Urſache, der vollen Dienſte Uns zu begeben, und dargegen an ein Gewiſſes weiſen zu laſſen. Dieweil ſie aber inſtändiglich darum gebeten und davor gehalten, daß ſie ſolcher geſtalt ihren häuslichen Nahrungen beſſer fürſtehen und zu einem guten Aufnehmen gelangen könten, ſo wollen Wir ihnen ſolches gnädigſt gönnen, und mit dieſem ihrem wohlbedächtigen Erbieten, iedoch biß auf Unſer Wiederruffen, zufrieden ſeyn, wie Wir denn berührte Abhandlung in allen und ieden Puncten belieben, *ratifici*ren und *confirmi*ren thun, hiermit begehrende, du wolleſt dieſe Unſere *Ratification* ihnen ingeſambt alſobalden *publici*ren, hinführo ſie aller und ieder Pferd- und Hand-Dienſte, auſſer was ausgezogen, erlaſſen, ſie darwider, ſo lieb dir iſt Unſere Ungnade und Strafe zu vermeiden, nicht beſchweren, damit nunmehre den Anfang machen, und hiergegen auf nächſt künftiges Qvartal *Trinitatis* das bewilligte Geld an Meißniſcher Wehrung, wie auch folgende Qvartale unfehlbar einbringen, daſſelbe denen hierzu *deputi*rten *Commiſſari*en auf ihr Zuſchreiben gegen derſelben Qvittung ausantworten, und den Unterthanen vermelden,

daß noch vor dem erſten *Termin* unter Unſerer Hand und *Secret* ins Ambt, wie auch aus Unſerer Cammer iedem Dorffe ſchriftlicher Schein derentwegen, und daß ſie, ſo lange ſolch Geld von Uns gefodert wird, der berührten Dienſte befreyet ſeynd, ausgehändiget werden ſoll.

Was endlichen des Schulen-Ambts Hausgenoſſen betrifft, befinden Wir, daß dieſelbigen nichts weniger zu den Jagt-Dienſten gezogen, auch vor dieſem das Jagt-Geld entrichtet. Damit nun auch ihrer Perſonen halben Gewißheit ſeyn möge, ſo wolleſt ihnen zu erwehlen frey ſtellen, ob ſie lieber das Jahr über vierzehen Tage Jagt-Dienſte leiſten, oder davor einen Gülden auf vier Qvartal iedesmal 5. Gr. und 3. Pf. erlegen wollen, zu welchem ſie nun Beliebung tragen werden, das wolleſt Uns, benebenſt Uberſchickung einer *Deſignation*, wie viel derſelben ietzo verhanden, unterthänigſt berichten, Beſcheides darauf gewarten, und dieſe Unſere *Reſolution* dem Ambts-Buche *inſinuiren*, daran geſchicht Unſere Meinung. *Datum* Dresden den 8. *April. Anno* 1618.

**Johann Georg, Churfürſt.**

Unſerm Schul-Verwalter zur Pforte und lieben Getreuen, Hans Beckern

## II.

### PRÆFECTVRÆ HAYNENSIS.

Zu wiſſen, daß *dato* nachverzeichnete ins Ambt Hayn gehörige Unterthanen freywillig und wohlbedächtig ſich erklähret, und verſprochen, wann bey dem Churfürſten zu Sachſen und Burg-Grafen zu Magdeburg, U. Gn. H. unterthänigſt zu erhalten, daß ſie aller und ieder Pferde- und Hand-Frohnen, auſer die Bau-Dienſte, gleichfalls erlaſſen werden könten, daß ſie von ieder Hufe jährlichen ein gewiß Geld, wie bey einem ieden Dorffe zu befinden, und ſo lange es der Gnädigſten Herrſchaft beliebet, auf die vier Qvartal, künftig *Trinitatis* damit anzufahen, an Meißniſcher Wehrung, unweigerlich entrichten, es auch vor eine ſonderbare groſſe Gnade achten und aufnehmen und iede Dorffſchaft *in ſolidum* davor haften wollte, welches alſo biß auf gnädigſte *Ratification acceptiret* worden.

Als

Als nemlichen

| Mann | | | |
|---|---|---|---|
| 1. | 96. Fl. | Borſchitz, 12. Hufen, von ieder | 8. Fl. |
| 1. | 50. Fl. | Bieberach 10. Hufen | 5. Fl. |
| 1. | 31. Fl. 10. Gr. 6. Pf. | Betzersdorff 4. und eine halbe Hufe | 7. Fl. |
| 1. | 80. Fl | Ermendorff 10. Hufen | 8. Fl. |
| 2. | 136. Fl. | Böhla 18. Hufen | 7. Fl. |
| 3. | 336. Fl. | Großdöbritz 42. Hufen | 8. Fl. |
| 2. | 126. Fl. | Gohra 18. Hufen | 7. Fl. |
| 1. | 91. Fl. | Gauernitz 13. Hufen | 7. Fl. |
| 3. | 336. Fl. | Gröden 42. Hufen | 8. Fl. |
| | 16. Fl. | Geiſſelitz 2. Hufen | 8. Fl. |
| | 21. Fl. | Handorff 3. Hufen | 7. Fl. |
| 1. | 88. Fl. | Kattewitſch 11. Hufen | 8. Fl. |
| 1. | 54. Fl. 5. Gr. 3. Pf. | Kalckreuth 7. und drey Viertheil Hufen müſſen daſelbſt das Forwerck beſchicken helffen. | 7. Fl. |
| 2. | 160. Fl. | Kleinthieniger 20. Hufen | 8. Fl. |
| Thut | 1611. Fl. 15. Gr. 9. Pf. | Thut 213. und ein Viertheil Hufen. | |

Hierüber will dieſes Amt ſchuldig ſeyn, jährlich vier Lohn-Wagen mit tüchtigen Pferden, als vor ieden Wagen vier Pferde, zu halten, und ſoll ieden Tag auf einen Wagen und vier Pferde, wann dieſelben erfordert, ein Gülden zu Lohn gegeben werden, wie ingleichen folgende Dorffſchaften ſich erboten Lohn-Jäger aufzubringen, derer ieder des Tages, wenn er gebraucht wird, 2. Gr. 6. Pf. in fremden Aemtern aber 3. Gr. bekommen ſoll, Als ꝛc.

*Sequuntur nomina pagorum cum determinatione operariorum conductitiorum, quod brevitatis ſtudio omiſſum & ex præmiſſa ſpecificatione ſub Rubrica* Mann *capi poteſt.*

Und verbleiben ſonſten die andern Forwergs-Dienſte, und was, auſer die Land- und Jagt-Frohnen, hierüber eine oder die andere Dorffſchaft mehr leiſten und entrichten muß, wie auch die Heerfarts-Wagen, nochmals in vorigem Stande und unvermindert. Uhrkundlichen iſt ihnen dieſes abgeleſen, und von ihnen allerſeits beliebet, und auf gnädigſte *Ratification* geſtellet worden. Geſchehen zum Hain in Gegenwart des Herrn Cammer- und Hof-Raths *D.* D. D. des

Ambt-Schöſſers Hans Müllers und des *Secretarii* Joh. Philipp Lohners, welche dieſes beſiegelt und unterſchrieben; geſchehen ꝛc.

## III.

### PRÆFECTURÆ FRIBURGENSIS.

Auf das von den Churfürſtlichen Sächſiſchen dieſer Sachen halber verordneten *Commiſſarien* beſchehenes Antragen haben die Unterthanen des Ambts Freyburg, als die Einwohner zu Altenburg, Albersroda ꝛc.

*Sequuntur reliqua pagorum ad Præfecturam pertinentium nomina.*

gutwillig und wohlbedächtig ſich dahin erklähret, daß, wenn ſie der Land-Patent- und Auslöſungs- auch Bau-Fuhren in fremden Aemtern, ſo wohl der hohen Wild- und anderer Jagt-Dienſte mit den Pferden in fremden Aemtbern erlaſſen werden könten, ſie jährlichen dafür von ieder Hufe über das, was ſie vor die Torgauiſche Fuhr ſchon allbereit bewilliget, noch drey Gülden auf vier Qvartal an Meißniſcher Wehrung, ins Amt entrichten, und ob zwar theils ihres Mittels mit Reichung ſolches bewilligten Hufen-Geldes verſchienene *Termin Trinitatis, Crucis* und *Luciæ* ein Anfang gemacht, ſo ſoll doch nun hinführo obbeſchriebener maſſen künftigen *Termin Reminiſcere* und folgends darmit bewilligter maſſen vollſtändig verfahren werden, auch darneben die Bau-Frohnen und Jagt-Dienſte, ſo weit das Ambt Freyburg ſich erſtrecket, unweigerlichen leiſten, ingleichen zweene Lohn-Wagen mit acht Pferden zu Fortſchaffung der Herrſchafts-Sachen, biß in das nächſt angelegene Ambt, gegen Lieferung täglichen auf iedes Pferd 5. Gr. 3. Pf. verſchaffen und halten. Welches alſo biß auf des Churfürſtens zu Sachſen und Burg-Grafens zu Magdeburg ꝛc. Unſers gnädigſten Herrn, gnädigſte Erklährung von ihnen *accepti*ret, und hierinnen ſchriftlichen verfaſſet worden, es ſollen aber die Heerfahrts-Wagen ſo wohl was ſonſten iede Dorffſchaft an Frohnen und Dienſt-Gelde von Alters her ſchuldig, in ihrem *eſſe* verbleiben. Uhrkündlich iſt dieſer *Receſs* von den *Commiſſarien* und Ambt-Schöſſer zu Freyburg beſiegelt und unterſchrieben; geſchehen den *20. Decembr. anno 1619.*

*Accepta-*

*Acceptationem Domini Electoris ad poſteriores præmiſſos Receſſus pertinentem, ut quæ plane, ratione contentorum, cum iis coincidit, ſubjicere ſupervacaneum arbitramur.*

§. VIII. Et quamvis plurimi ſubditorum Electoratus Saxonici, ſecundum literam præmiſſorum Receſſuum, ultro ſollicitaverint commutationem ſervitiorum in pecuniam, ut rei eorum familiari inſervientem, *Vid. infra* §. *23.* Nonnulli tamen novitatem communi etiam utilitate ſvaſam non inducendam eo modo rati, uti plerumque fieri ſolet, *Salicet. ad L. 1. C. Nov. vectig. impon. &c. Conſ. Argent. 1. conſ. 2. n. 25. & ſeqq. Mev. part. 8. dec. 313.* Sereniſſimo Electori plurimorum petito annuenti, æqualem tamen hac in re obſervantiam per ſingulas Præfecturas eorumque pagos efflagitanti abnuerunt. Factum inde, ut conventio anno, ni fallor, 1588. inita, (ſecundum quam ruſtici operas, & ſervitia venatica duobus florenis in ſingulas hubas diſtribuendis, ſed tamen & hoc ad beneplacitum Domini & usque ad revocationem ejus, promiſerant quotannis redimere, hactenus vero ſervitia ipſa exhibuerant ex voluntate Domini, & hic liberam iterum electionem pecuniæ antea conventæ pro operis, prout alterutrum eorum e re ejus futurum foret, ſibi ſemper & in quodvis tempus reſervantis) in uſum ſit reducta. Exemplar Reſcripti hac de re publicati, quantum huc pertinet, ſequens ex ejus originali transſcripſi.

**Von GOttes Gnaden Johann Georg, Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, ꝛc. Churfürſt ꝛc.**

LIebe Getreue, Wir haben aus eurem unterthänigſtem eingeſchicktem Berichte vernommen, welcher geſtalt etzliche ins Ambt Freyburg gehörige Dorffſchaften, ſich zu drey Gülden Hufen-Gelde unterthänigſt erbothen, hingegen aber der mehrer Theil gantz unbeſcheiden, frevelhaftig, trotzig und muthwillig ſich erwieſen, und erkläret, wenn es ihnen befohlen würde, wollten ſie von der Hufe, unbeſchadet der andern Dienſte, die vor deſſen entrichteten zweene Gülden erlegen. So viel nun diejenigen betrifft, welche drey

Gülden verſprochen, wollen Wir uns verſehen, ſie werden in Anſehung der Dienſte, derer ſie erlaſſen werden, vier Gülden abzutragen keine Urſache ſich zu verweigern haben; Innaſſen ihr euch dann nochmals bemühen könnet, ob es dahin mit ihrem guten Willen zu bringen, da ſie aber bey voriger Meynung verbleiben ſollten, ſeyn Wir mit dieſem ihrem Erbieten (iedoch daß nichts deſto weniger dasjenige, ſo wegen der Torgauiſchen Fuhren bewilliget, neben dieſem Hufen-Gelde, ausgezahlet werde) gnädigſt zufrieden.

Und weil bey der Abſchaffung des vorigen Hufen-Geldes ausdrücklichen bedinget, und ausgezogen, daſſelbe iederzeit wiederum anzuordnen, ſo wollet den andern Unterthanen nunmehr ſolches anmelden, du der Schöſſer zu Freyburg von ieder Hufe zweene Gülden, künftig *Trinitatis* damit anzufahen, einbringen, und dagegen ſie mit den Dienſten, dafür vor dieſem berührte zweene Gülden eingebracht, ſo lange ſolch Geld ausgezahlet wird, verſchonen, ꝛc. Daran geſchicht Unſere Meynung. *Datum* Dresden, den 18. *Februarii Anno* 1619.

Johann Georg, Churfürſt.

§. IX. Diſtinguitur communiter munus in perſonale, patrimoniale, & mixtum. *Vid. Dd. ad Tit. ff. de Muner. & Honor. Mund. in Præloqu. num. 16.* Quorſum referas das Hufen-Geld, difficultate non caret. Si ſpectaveris, prout eſt impoſitum & reapſe præſtandum, accenſendum foret muneribus patrimonialibus, ut quorum ratio formalis eſt, patrimonio imponi & ſumptibus patrimonii ſeu gerentis expediri. Si originem & cauſam impoſitionis primævam, quam apprime ſpectandam poſt alios recte tradit *Heigius Lib. 1. quæſt. 17. num. 25. & ſeqq.* ad perſonalia non inconcinne aggregaveris. Operas & ſervitia ruſticorum corporalis laboris intentione tantum, ſine aliquo gerentium ſumptu perpetrari, & ob id munera perſonalia eſſe, extra dubium eſt. *L. 1. §. 3. ff. de Mun. & hon. Dn. Struv. Exerc. 50. theſ. 60.* Hinc quamvis cum Capitatione has operas inter mixta munera referre velit. *Mund. in Præloquio num. 40.* recte

recte notatus etiam quoad illam a *Dn. Struvio d. l. theſ. 65.* Ipſe tamen diſſiteri tandem non poteſt, naturam mere perſonalium eas ſapere. Loco & in vicem iſtarum operarum ſolvi hanc pecuniam ex Receſsibus §. 7. ſubjectis evidentisſimum eſt. At vero retinere munus perſonale naturam perſonalis muneris, licet loco ejus pecunia ſolvatur, docent *Heig. dict. loc. Gail. Lib. 2. obſ. 52. num. 16. Cothm. Reſp. 11. num. 18. & ſeqq. Mæv. Jus Lubec. Lib. 3. tit. 6. art. 16. num. 5. & ſeqq. Struv. Exerc. 50. theſ. 69.* An dicimus, munus origine perſonale expreſſa conventione eorum, quorum intereſt, mutatum eſſe in patrimoniale; *Ziegler. ad Calv. §. Nobiles concl. 1. num. 90. & ſeqq.* quod fieri poſſe videtur negare *Mund. cap. 1. n. 215. ſeqq.* Unde nec Principem collectam, quæ regulariter perſonæ propter rem indicitur, principaliter rei imponere poſſe, tradunt *Maul. de Homag. Tit. 9. num. 46. Bocer. de Collect. cap. 9. n. 10. & ſeq.* ſed pacta rumpere leges, & ex conventione contractus legem accipere, noti juris eſt. *L. 1. §. 6. ff. Depoſiti, L. 23. ibique Gl. ff. de R. J.* Quidni ergo ex conventione eorum, quorum præſtari id hoc vel alio modo intereſt, perſonale onus in patrimoniale mutari poſſit; poteſt enim quis legem apponere rei ſuæ, quam velit, per jura vulgata. His adde, quod ſi de novo per conventionem ſervitia introduci, ea multo facilius eo modo in aliam formam & qualitatem transfundi & converti poſſint. *arg. §. 3. Inſt. de Donat.* Et procedit opinio Mundii, quatenus mutatio in aliorum præjudicium tenderet, quomodo & nos habet conſentientes; ſiquidem pactum ſeu conventio ad alios, quam inter quos inita, non porrigitur, *c. 8. de Transact. l. 27. §. 5. ubi Dd. ff. de Pact.* & alteri per alterum iniqua adferri conditio non debet. *l. 74. ff. de R. J.*

§. X. An munus ſit ordinarium vel extraordinarium, jam disquirendum. Variant admodum Dd. in formali ratione muneris ordinarii & extraordinarii. Mihi præ cæteris hac in re placet Heigius, qui *Libr. 1. quæſt. 17. num. 38.* ita: Inſpiciamus igitur, quod caput rei eſt,

utrum

utrum videlicet, prout definitio exigit ordinarii muneris, onera, de quibus quæritur, expreſſe a Lege vel Principe ſub munere patrimonii prævisa ſint; an vero prout caſus extra ordinem evenit, nulla ſpeciali forma interpoſita a lege, nec ſuper patrimoniis, nec ſuper perſonis, nec cum titulo, præter omnem ordinem ſolennium functionum a lege deſcriptarum impoſita: ut hæc quidem extraordinaria, illa vero ordinaria dicantur. *Hactenus Heigius.* Apparet inde, quod, cum Hufen-Geld expreſſa conventione, cujus hic non minor, quam legis virtus, ſub ſpeciali forma ſuper patrimoniis introductum ſit, id recte ordinariis muneribus accenſeri.

§. XI. Cauſa efficiens eſt conventio inter Dominum & ruſticos ad operas & ſervitia obligatos, extra quam pro operis & loco earum ruſtici pecuniam inviti ſolvere neque tenentur, neque invito Domino poſſunt. *Mund. cap. 4. num. 69. & ſeqq. Balthaſar de operis ſubditorum cap. 16. Richt. Deciſ. 98. n. 31. Hahn. ad Weſenbec. tit. de oper. libert. n. IV. ubi limitationes reperies.* Vid. tamen *Roſenthal. de Feud. cap. 5. concl. 70. n. fin. Ziegl. ad Calv. d. l. n. 90. & ſeqq. Brunnem. deciſ. 76. centur. 4.* ſed hæc conventio cum non ſit facta in perpetuum & irrevocabiliter, ſed ad beneplacitum Domini, quandocunque a Domino revocari poterit. Nulli enim legi beneplacitum ſubjacet, & clauſula reſervatoria beneplaciti appoſita contractui illum conditionalem reddit. *Jura & Dd. apud Barboſ. locuplet. lib. 2. cap. 7. aphoriſm. 1.* Non vero a parte ſubditorum, quorum alias num pecuniam vel operas præſtare velint, eſt electio, *Carpzov. L. 1. Reſp. 51. & p. 2. conſt. 4. def. 5.* eſt revocabilis, utpote quorum promiſſio eſt abſoluta & citra reſervationem in Domini beneplacitum collata; contractus vero ad beneplacitum alterutrius tam diu durabilis ac firmus manet, quamdiu alter contrahentium, cujus beneplacito is relictus, illum non revocat. *Mart. Mager de Advocat. arm. cap. 16. n. 322.* Ac vero ſic claudicare videtur contractus, cum non æqualis contrahentium ſit obligatio. Eſto claudicet, quid enim

enim vetabit ab initio ita contractum conſtitui, ut ex latere unius contrahentis plus, alterius minus deſideretur; quamvis contractu jam conſtituto aliquid eorum, quæ ad eſſentiam ejus pertinent, demi non poſſit.

§. XII. An major pars univerſitatis promittendo pecuniam pro operis & reliquos eo adigere poſſit. Circa jus majoris partis in minorem communis eſt Doctorum diſtinctio inter ea, quæ communia ſunt multis ut ſingulis, & ea, quæ communia ſunt ut univerſis. In prioris generis rebus negant jus eſſe præcipuum majori parti, exceptis negotiis, in quibus Lex Civilis ſpecialiter tale jus conſtituit; at in iis, quæ univerſitatis ſunt, majorem partem vincere. *L. Quod major. ibique Gloſſ. ff. ad municip.* Niſi tamen & hic Lex Civilis quoddam exceperit, ubi major pars jus integri habere non debeat. Hic primo videndum, an ad operas teneantur ruſtici ut ſinguli; an ut pars univerſitatis, quæ ad iſtas ſeu ex conventione, ſeu præſcriptione, ſeu conſuetudine, vel ex alia cauſa Domino tenetur. Secundum obſervantiam poſterius eſt adſerendum. Nam ad ſervitia & operas Ruſtici non evocantur ſinguli; ſed univerſitati vel ejus Sculteto, prout neceſſitas exigit, certum operariorum numerum ſtatis diebus exhibere injungitur, illius & cæterorum de univerſitate, arbitrio interim forma & qualitate diſtributionis relicta. Ut exinde, & quia exhibitio operarum ſubditis non ut ſingulis, ſed ut ſunt pars univerſitatis ad eas obligatæ & in reſpectu ad eam incumbit, jus majoris partis in reliquos bene inferatur. Accedit, quod major pars minorem ad novæ collectæ ſolutionem cogere & obligare poſſit. *Bocer. cap. 5. n. fin. Mund. de mun. & hon. cap. 2. n. 388. Peretz ad Tit. C. de Indict. n. 26. Libr. X.* Ergo multo magis in alius jam recepti muneris in collectam ſeu pecuniariam præſtationem mutationem. Non enim debet, cui plus licet, quod minus eſt non licere. *l. 21. ff. de R. J. & cap. 54. eod. in VI.* Quamvis non negem, quod ſi quis ruſticorum non tam ex communi ſubjectionis jure vel, & quidem utplurimum de longa conſuetu-

ſuetudine & ita ex cauſa cum reliquis de Univerſitate communi; ſed ex cauſa peculiari, e. gr. ut pro utili Dominio vel alio jure in re conceſſo peculiariter Domino ad operas ſigillatim ſe obligaverit; univerſitati ex communi cauſa ad operas & ſervitia Domino obſtrictæ jus in eum in præjudicium cauſæ peculiaris non competere, neque pactum hujus ad illum pertingere.

§. XIII. Tenentur ad operas & ſervitia præcipue ruſtici, de jure communi quidem ad nullum obſequium devocandi. *Rubr. & tit. C. Ut. ruſtic. ad null. obſeq. dev. L. XI.* Quod tamen hodie non obſervatur. *Perez. ibid. num. fin.* adeo, ut, an ſervitiorum præſtationes ab iis valeant, non amplius diſputetur in Germania. *Carpzov. L. 1. Reſp. 52. n. 1.* Cum ergo hi, ut vilioris conditionis homines, ſervitiis ejusmodi ſint obnoxii, honeſtioris vero & liberioris conditionis perſonis ea imponi non ſoleant, Erhardt *de oper. ruſt. concl. 18. Balthaſ. c. 8.* ad illos etiam, non vero ad has præſtatio pecuniæ non operis pertinebit. Unde in illorum perſonam non ſunt concepti Receſſus tum §. 7. ſubjecti, tum alii; ſed etiam, teſte obſervantia, civitatenſes & Nobiles uti regulariter immunes ſunt a ſervitiis, ita & hoc munus das Hufen-Geld non agnoſcunt. Sed num forenſes, ob bona alicubi ſita, ad hoc munus tenebuntur? Cum tales non minus a perſonalibus, quam mixtis muneribus immunes ſint. *Faber in Cod. L. 9. tit. 29. def. 2. Mund. cap. 5. n. 106. Mæv. ad Jus Lubecenſ. part. 2. Tit. 3. art. 2. n. 24.* a redemtione iſtorum etiam immunes erunt.

§. XIV. Limita tamen, quod de civitatenſibus, Nobilibus & Forenſibus dictum, ſi ſub conditione exhibendorum ſervitiorum prædiorum vel immediate a Domino, vel ante alii eo modo conceſſum habeant vel acquirant: vel tale etiam, cui tanquam onus reale certa operarum quantitas inhæret, uti quidem ex voluntate paciſcentium inhærere poteſt. Modus enim, ſub quo res conceſſa, ex neceſſitate impleri debet. *Tuſch. concluſ. 298. num. 18. & concl. 299. n. 8. lit. M.* Jure etiam ejus uti debet, qui in jus ſucce-

ſuccedit alterius. *L. 47. ff. de contrah. emt. c. 46. ibique Dd. de R. in VI.* & qualitatem prædiis inhærentem quemcunque poſſeſſorem comitari & hujus mutatione jus Domini non tolli, extra dubitationem eſt. *Jacob. de S. Georg. de Homag. n. 39. Hartm. Hartm. L. 2. tit. 52. obſerv. 5. Mund. c. 4. n. 30. & ſeq. Zigl. d. l. n. 132. & ſeqq.* Extra hunc caſum vero & quando ſubditi perſonaliter tantum ad ſervitia obligati, per modum contractus in vicem operarum certam pecuniam promittunt, utut pro modo poſſesſionis prædiorum vel agrorum diſtribuendam, forenſes, nobiles, & qui alias a ſervitiis liberi, ex eo non tenentur, quamvis ex poſtfacto ruſticorum bona acquirant. Quia ex contractu naſcitur ſaltem obligatio perſonalis, quæ perſonas contrahentium non egreditur, *Barboſ. locupl. Libr. 13. cap. 5. ax. 12.* mutata ergo perſona conditio rei vel bonorum mutatur. *Reink. de R. S. & Eccleſ. L. 1. cl. 4. cap. 1. n. 55. & ſeq. Mæv. ad jus Lubec. in quæſt. prælim. 5. num. 24.* & modus impoſitionis vel exactionis diverſitas in re ipſa diſcrimen non conſtituit. *Heig. p. 1. quæſt. 17. n. 37. & 41.* nec diſtributio contra naturam muneris ab incolis facta forenſibus præjudicare poteſt. *Speckh. ad Mæv. conſid. jur. ſup. punct. in cauſ. propr. & penſ. occurr. quæſt. 7. n. 4. & ſeqq.* præterea nec alia præſtatio, utut intuitu fundi promiſſa, fundum ſequitur. *L. fin. §. fin. ubi Brunnem. num. 2. ff. de contr. emt.* Quicquid ſit de jure communi; docemur experientia, operas & ſervitia non tantum quæ quisque poſſeſſor hactenus exhibere obſtrictus fuit, ſed etiam pecuniariam præſtationem in vicem earum pro oneribus realibus, in concurſu creditorum non minus privilegiatis, ut aliæ quævis exactiones publicæ oder Herrſchafts-Gefälle hodie haberi. *Coler. de Proc. Exec. part. 1. cap. 9. num. 70. Carpzov. part. 1. conſt. 28. def. 49. num. 3. Richt. de Jud. & priv. credit. cap. 2. membr. 2. n.* & propterea bona cum hoc onere ad quemcunque ſucceſſorem tranſire. *Coler. dict. loc. Gail. 2. obſ. 52. num. 23. Balthaſ. cap. 8. Carpzov. L. 1. Reſp. 57. n. 8. Mæv. ad jus Lubecc. d. l. & p. 8. dec. 106. Mantz. in dec. palat. quæſt. 22.*

*num. 14.* quanquam ad anteceſſoris operarum vel earum redemtionis reliqua bonorum ſingularem ſucceſſorem obſtrictum non eſſe adſerat *Mantz. d. l. n. 16. & ſeqq.*

§. XV. Quo omnes lites inter Dominum, Nobiles, civitatenſes, & forenſes etiam ruſtica prædia ſibi comparantes & ſub prætextu immunitatis ſervitiis ſe abſtrahentes, evitentur, alicubi interdictum his talia prædia acquirere. Vid. Fürſtliche Sächſiſche Weimariſche Landes-Ordnung *Tit. 36. Wehner. in obſerv. pr. voce* Dingnottul. Lübeckiſch Recht *Libr. 1. Tit. 2. art. 5. ubi Mævius.* Quale ſtatutum condere poſſe Magiſtratum tradunt *Bocer. de Coll. cap. 9. num. 19. & fin. & cap. 11. num. 14. & ſeqq. Mæv. ad Jus Lubecc. part. 2. Tit. 3. art. 2. num. 26.*

§. XVI. Ad operas & ſervitia teneri Dominis etiam illos, qui nullum agrum, ſed ſaltem tuguria poſſident & Häußler vocantur, tam notum eſt, ut probatione nullatenus indigeat. Hi vero, cum onere operarum non minus levari voluerint, quam poſſeſſores agrorum, merito in compenſationem earum aliquid pendunt, itidem ſub nomine Hufen-Geldes, certo tuguriorum numero ad unius hubæ æquipollentiam redacto, & ea occaſione huic penſioni etiam illo nomine, quamvis improprie, attributo. Et ut tota ea res a paciſcentium arbitrio dependet, ita univerſali regula comprehendi non poteſt. In Præfectura Portenſi quinque tuguria æquant unum manſum, alibi aliter.

§. XVII. Quid de Inquilinis, & qui ædes non proprias, ſed conductitias poſſident, dicendum? Quis dicatur inquilinus & quomodo a colono differat, vid. *Tuſch. concl. 173. lit. I.* Illos oneribus perſonalibus non obnoxios eſſe habet *Berlich. part. 2. concl. 64. num. 15. Tuſch. concl. 125. num. 6. lit. O.* ſed uti ad pacta, obſervantiam & conſuetudinem in materia operarum & ſervitiorum præprimis recurrimus. *Carpzov. l. 1. reſp. 51. n. 5. reſp. 54. num. 14. 15. & 18. & reſp. 55. num. 12. Philipp. ad Dec. Elect. 33. obſ. 3. num. 1. & 2. Fritſch. de Jur. pagor. cap. 6. n. fin.*, ita & in hoc paſſu quid quoque in loco ratione Inquilinorum tum qua operas, tum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0022-8

tum qua earum redemptionem conventum vel uſu receptum ſit, videndum. In Præfectura Inquilinos quondam præſtitiſſe operas & ſervitia, & adhuc quotannis vice eorum florenum Miſnicum quatuor diſtinctis terminis exſolvere, patet ex Receſſu I. §. 7. ſubjecto. Quamvis meminerim, alibi Inquilinos, præter id, quod pro protectione ſolvunt, Schutz-Geld, ad operas vel redemptionem earum adſtrictos non fuiſſe.

§. XVIII. Mediati ſubditi, an & in quantum ultra eas, quas Nobilibus, vel aliis immediatis Dominis præſtant, ad operarum exhibitionem Dominis ſuperioribus vel territorialibus teneantur, capiendum ex pactis & his deficientibus ex locorum conſuetudine & uſu. In Electoratu Saxoniæ poſt pacta & conſuetudines res deciſa eſt in Erörterung der Landes-Gebrechen zu Torgau, *de Anno 1603.* §. der Land- und Ambts-Fuhren halben, ꝛc. & §§. *ſeqq.* In quantum pro operis exſolvant das Hufen-Geld, de eo itidem in quibusdam Præfecturis certus, non tamen uniformis, tum qua Præfecturas, tum qua pagos, modus vel conventione vel uſu introductus eſt: hic & ab hoc pro una huba uno, alibi & ab aliis duobus florenis quotannis perſolvendis.

§. XIX. Exhibetur munus noſtrum illi, cui operæ de jure debentur. Pactum enim vel promiſſio pecuniæ pro operis indebitis, tanquam ea, quæ cauſam non habet, de jure non ſubſiſtit. *Barboſ. locupl. lib. 14. cap. 95. ax. 5. & l. 17. cap. 50. ax. 4.* Et poterunt ruſtici factam taliter promiſſionem condictione incerti condicere, vel petenti pecuniam exceptionem doli mali vel in factum objicere, *l. 3. C. de condict. indeb. l. 3. ff. de condict. ſin. Cauſ. Frantzk. ad hunc tit. n. fin. Dn. Struv. Exerc. 47. theſ. 4.* Ex quibus vero cauſis jus operarum Domino competere poſſit, noſtrum non eſt diſquirere, ut qui jure id competere Domino pro operis pecuniam paciſcenti præſupponimus. Vid. hanc in rem *Maul. de Homag. tit. 4. Ziegler. ad Calvol. dict. loc. num. 51. ſeqq. Hahn. ad Weſenb. ad tit. ff. de oper. libert. num. IV. Peretz ad tit. Cod. Ne oper. a collat. exig. n. 4.*

*Libr. X. latiſſime Balthaſ. cap. 7. 8. & 9. per tot. Fritſch. de jur. Pag. cap. 8. num. 2.* Et quamvis das Hufen-Geld, alii, præter Electorem Saxoniæ, & qui vice ejus ſunt, raro vel vix præſtetur; poſſe tamen alios, quibus exactio ſervitiorum competit, hæc in pecuniariam præſtationem conventione ea de re cum ſubditis inita mutare, ut quod nuſpiam prohibitum reperitur, dubium vix habet. Quælibet enim res, vel facta in conventionem deducuntur, de quibus conventio ex ſpeciali ratione non eſt interdicta. *Struv. Exerc. D. VI. theſ. 43.*

§. XX. An jus ad exigendum hoc munus alteri a Domino cedi poſſit. De operis, an hæ alii a Domino cedi poſſint, non conveniunt inter ſe Doctores. Adfirmat *Ziegl. d. l. n. 102. Hahn. ad Weſenb. dict. loco.* Negant extra caſum neceſſitatis *Berlich. part. 1. Dec. 76. & Balthaſ. cap. 16.* Accedunt adfirmativæ, ſub diſtinctione & limitatione tamen *Coler. de Pr. Exec. part. 1. cap. 9. n. 41. & ſeqq. Stamm de ſervit. perſ. Libr. 3. cap. 21. num. 2. Maul. de Homagio Tit. 4. num. 14.* Erhardt *concl. 28. tit. 6.* ſcilicet, ſi operæ non ſint obſequiales, vel officiales, ſi certæ & determinatæ, & ruſticorum conditio exinde non fiat deterior. Illud hic noto, quod operæ ruſticorum, quæ abſolute neque ad officiales, neque ad obſequiales libertorum operas referri, neque etiam propterea, uti tamen male fit a Doctoribus, ſecundum jura de his diſponentia regulari poſſunt, hodie non minus ac artificiales pecunia æſtimentur. De officialibus hoc idem de jure communi poſt *Bachovium* adſerit *Hahn dict. loc. num. 3. in verb. In Præſtatione pecuniæ.* Inde videmus operas & ſervitia quotidie in æſtimatione feudorum in partem pretii computari, e. gr.

## Anſchlag des Guthes N. N.

### Die Pferde-Fröhne.

54. Tage Acker-Frohn müſſen 6. Anſpanner zu N. N., vermöge des Erb-Buchs, mit 2. Pferden verrichten, den Tag zu 10. Gr. 6. Pf.

6. Pf. angeſchlagen, thut 27. Fl. den Fl. mit 20. Groſchen angeſchlagen, thut Kauff-Summa 470. Fl

6. Fl. von 6. Tagen mit 3. Pferden Miſt-Fuhre, den Fl. zu 20. Gr. angeſchlagen, thut Kauff-Summa 120. Fl.

20. Fl. Kauff-Summa vor 9. Fuder Grummet, und daß ſie den Schäfer helffen hohlen, oder wo man das Heu kauffet,

Summa dieſer Fuhren

Thut 140. Fl. Kauff-Summa

Es iſt aber darbey zu gedencken, daß iedweder Hand-Fröhner, der Anſpannung hat, 2. Tage mit den Pferden oder Kühen egen muß, das zu mancher Zeit 20. biß 24. jährlich verrichtet wird, und weil es ſteigt und fällt, ſo iſts nicht in Anſchlag bracht.

## Hand-Fröhne.

8. Fl. 6. Gr. vor 29. Tage Meder-Frohn, welche alle das Heu, ie zu zweyen halben Tagen verrichten, den Fl. zu 20. Groſchen angeſchlagen, und den Tag 6. Groſchen, thut Kauff-Summa - - - - - 166. Fl.

2. Fl. 14. Gr. vor 14. Tage Meder-Frohn, den Tag zu 4. Gr. und den Fl. mit 20. Groſchen angeſchlagen, thut Kauff-Summa - - - - 54. Fl.

4. Fl. 13. Gr. vor 45. und einen halben Tag, Flachs-Hanf- und Kümmel-Brechen, den Fl. mit 20. Groſchen Kauff-Summa angeſchlagen, und den Tag vor zwey Groſchen angeſchlagen, thut Kauff-Summa - - - 50. Fl.

Summa der Frohnen,

Thut zuſammen 1000. Fl.

§. XXI. Ex quo poſſit inferri, & has operas alii cedi poſſe. *l. 6. ubi Zaſ. num. 10. & ſeqq. ff. de oper. libert.* Nec minus & cætero ad negantium argumenta & rationes reſponderi poſſet, ſi noſtram vellemus facere hanc controverſiam. Prout munus hoc non exhibetur ſerviendo, ſed pecuniam certo modo ac forma ſolvendo, ſubditorum, cui ſolvant, non interſit, & nulla earum, quas ceſſibilitatem operarum negantes pro ſtabilienda ſua opinione adferunt, ratio

ratio obſtet, ceſſibilitatem ejus, ſuffulti præterea obſervantia indubitabili, adſerere nulli dubitamus.

§. XXII. Exhibetur hoc munus in pecunia numerata. Quantitas variat, aliis pro Huba tribus, aliis quatuor, quinque, ſex, ſeptem, octo & quod excedit, florenis, juxta tenorem conventionis pro diverſitate Præfecturarum vel etiam pagorum variantis, ſolventibus: ut & poſſeſſores tuguriorum, bloſſe Häusler, æqualiter ubique hoc onere non ſunt implicati, ſed & hoc totum ex pactis vel obſervantia cujusque loci eſt dijudicandum. Tempus ſolutionis eſt quadripartitum, ubique eodem modo ſe habens. Primus dies venit Dominica Reminiſcere, alter Dominica Trinitatis, tertius terminus eſt dies Luciæ, & quartus dies Crucis. *Videantur Receſſus poſt* §. 7.

§. XXIII. Finis præſtationis pecuniariæ pro operis & ſervitiis eſt agriculturæ favor & utilitas, a qua per obſequia ruſtici non devocari voluerunt. Late hic accipitur agricultura, ut omnia ſub ſe contineat, quæ ad agros colendos ſpectant; ut eſt cultura hortorum, nemorum, vinearum, arborum, cura boum, ovium, equorum, apum & omnium rerum, quæ ex terra producuntur. *Lather. de Cenſ. lib. 3. cap. 6. num. 31. Zorer quæſt. 16. num. 907.* De jure communi alias liberi ſunt ruſtici ab ejusmodi ſervitiis, nec ergo in compenſationem eorum pecuniaria præſtatione opus habent. *Renat. Choppinus de privil. ruſtic. part. 1. cap. 1. & 2.* ſed conſuetudine invaluiſſe contrarium, eſt notorium, uti etiam ea invaluiſſe potuit, dicitur enim conſuetudo forma & quaſi alterum jus naturale, ac proinde omnia poſſe. *Barboſ. locupl. Libr. 3. cap. 59. ax. 10.*

§. XXIV. Effectus eſt immunitas ab operis & ſervitiis, agriculturæ & rei familiari ruſticorum procurandæ non mediocre impedimentum adferentibus. Churfürſtl. Sächſiſche Neue Erörterung der Landes-Gebrechen, Tit. von Cammer-Sachen §. 22. Exemplum reverſalium, quibus pro præſtatione hac pecuniaria immunes a ſervitiis & operis Sereniſſimus Elector declaravit ruſticos, cum

quo

quo reliqua coincidunt, eſt ſequens, ex ejus originali tranſſumptum.

VOn GOttes Gnaden, Wir Johann Georg, Herzog zu Sachſen, Jülich, Cleve und Berg, des Heil. Römiſchen Reichs Ertz-Marſchall und Churfürſt, Landgraf in Thüringen, Marggraf zu Meiſſen, Burggraf zu Magdeburg, Graf zu der Marck und Ravensberg, Herr zu Ravenſtein, ꝛc. hiermit uhrkunden und bekennen, demnach Wir von etzlichen Unſern Unterthanen unterſchiedlich angelanget worden, ſie von der ſchweren Laſt der Ambts-*Patent*- und anderer Fuhren gnädigſt zu erlaſſen, dargegen ſie erböthig, Uns zu anderweit Beſtellung ſolcher Dienſte jährlich ein gewiſſes Hufen-Geld zu entrichten, daß Wir ſolch ihr unterthänigſtes Suchen, gegen ihrem unterthänigſten Erbieten, gnädigſt angeſehen, und dahero auch denen in Unſer Ambt N. N. gehörigen Unterthanen die Dienſte, wie die in deme Uns *ſub dato* den *N. N.* verwichenes Jahres eingeſchickten *Receß* zu befinden, biß auf Unſer Hinterziehen, gnädigſt erlaſſen, dergeſtalt, daß ſie derſelben ſo lange befreyet ſeyn ſollen, weil ſie uns das verwilligte Hufen-Geld erlegen, und Wir ihnen die Dienſte nicht wiederum ankündigen möchten, welches dann iederzeit in Unſerm, Unſerer Erben und Nachkommen Willen und Gefallen ſtehen ſoll, hiermit Unſern Beambten befehlende, darob ſteiff, feſte und unverbrüchlich zu halten, und ſo lieb ihnen Unſere Ungnade und Straffe zu vermeiden, die Unterthanen darwider keinesweges zu beſchweren. Uhrkündlich haben Wir Uns mit eigener Hand unterſchrieben, und Unſer Cammer-*Secret* hierauf drucken laſſen. Geſchehen zu Dresden den *7. Januarii Anno 1620.*

Johann Georg, Churfürſt.

§. XXV. Sed ut cauſa limitata eſt, ita etiam limitatus effectus, quod tamen totum ex tenore Receſſuum, ea de re confectorum, dijudicandum, utpote varians, pro variatione Præfecturarum. Alibi enim ſervitia ſeu manu, ſeu jumento exhibenda extra diſtrictum Præfecturarum in totum, alibi vero in tantum remiſſa. In Receſſibus plerumque mentio fit derer Land-Patent- und Auslöſungs-Fuhre. Land-Fuhre



fit

ſit ad loca extranea extra Præfecturæ diſtrictum ſita. Cura hujus, evocare ſcilicet equos, quoties neceſsitas poſtulat, ſecundum ſeriem & numerum, uti res flagitat, ut per eos juſte quæcunque res ſuo tempore pervehatur, officialium Præfecturalium munus eſt. Patent-Fuhre eſt evictio miſſorum a Domino per provincias cum literis patentibus, modum evictionis ratione cujusque Præfecturæ ſignificantibus. Ejusmodi literarum exemplum ſubjicio.

Uff des Churfürſtens zu Sachſen und Burggrafen zu Magdeburg, unſers gnädigſten Herren, Befehlich, ſollen die Schöſſere und Ambts-Befehlshabere zu Torgau, Eylenburg und Lützen, Zeigern Adam Wetzeln *Lieutenant*, eine Vierſpännige Fuhre, von einem Ambte zum andern biß nach Freyburg, an den Orten, da die Unterthanen Hufen-Geld geben, ůms Lohn, von den ausgezogenen Lohn-Wagen; wo ſie aber noch frey, ohne Entgeld, folgen laſſen. Daran geſchicht unſere Meynung. *Datum* Dresden den 17. *Febr. Anno* 1623.

Johann Georg, Churfürſt.

Pecunia in vicem horum ſervitiorum præſtita, angariarum adæratio dici poteſt. Huic oneri, quando ſumptus hoſpitaturæ vehendo ſuppeditandi accedunt, vocatur Patent-Auslöſungs-Fuhre. Confer hanc in rem *Tit. C. de Curſ. publ. angar. & parang. Lib. XII. & Dd. ibidem, nec minus Dd. ad Tit. 56. Feud. 2. Dn. Schilter, Conſiliarius Saxo-Jenenſis in disputat. inaugural. de Curſu publico, angariis & parangariis.*

§. XXVI. Mentio porro fit in Receſſibus derer Jagt-Dienſte, ſervitiorum vi Jurisdictionis Foreſtalis debitorum, ohne welche das Jagen nicht kann verrichtet werden, als Pferd- und Haupt-Frohn, Dienſte zu Fortführung der Jagt-Hunde, Zeugs und Netz-Garn, und daß die in dem Bezircke der Förſtlichen Gerechtigkeit geſeſſene Unterthanen zum Jagen zu helffen und zu dienen ſchuldig ſeyn. *Ming de Superior. territor. cap. 6. num. 76. Beſold. Theſ. Pract. voce* Forſt. *Fritſch. in Manuduct. Jur. Publ. voce Foreſtale Jus.* Quibus ſervitiis tamen non ſunt onerandi ſubditi zur Erndt-Herbſt- und anderen Zeiten, da nöthige Geſchäffte

ſchäffte vorhanden. *Giland. dec. Cam. 12. n. 24. Webner. in Obſ. Pract. voce* Forſt-Recht. nec diebus dominicis vel feſtis, & quidem vel plane non, vel peractis demum Sacris. *Pruckm. ad §. Venatio &c. de Regal. in uſib. Feud. cap. 5. n. 1. Waizenegg. de Ven. cap. 3. num. ult.* Vid. Erörterung der Lands-Gebrechen zu Torgau *de Anno 1603.* §. Die Jagt-Fuhren und Dienſte ꝛc. In Præfectura Portenſi remiſſa ſunt hæc ſervitia in totum, extra caſum, ubi Dominus Elector ipſe venationi præſens eſt; in Friburgenſi ſaltem extra Præfecturæ diſtrictum, alibi aliter. Semper hic inſpiciendum, quid convenerit, vel uſu introductum ſit.

§. XXVII. Præterea reſervavit ſibi Sereniſſimus Elector operas ſubditorum ad ædificia, die Bau-Dienſte. De Jure communi id oneris ſubditis non incumbit; in Saxonicis vero provinciis conſuetudinis primum introductum, poſtea expreſſa ſanctione confirmatum eſt. *Ordin. Provinc. de Anno 1555. Tit.* von Bau-Frohnen. *Berlich. part. 2. concl. 65. num. 1. & 2. Carpz. p. 2. conſt. 52. def. 1. Philipp. in obſerv. 1. ad Dec. Elect. 33. n. 1. & 2.* idque dubio procul ob inſignem ædificiorum favorem, cujus intuitu multa ſingularia in Jure conſtituta reperiuntur. *Mantz. de Jure commun. Rubr. Ædium Refectio. Dœring in voce Ædes num. 82.*

§. XXVIII. Porro ſubditi per id a præſtatione plauſtri militaris, Reys- oder Heer-Wagens, non liberantur. Pertinet ad ſequelam militarem, vi cujus ſubditi Dominum non tantum in militiam ſequi, ſed etiam plauſtrum militare exhibere debent. Vid. ea de re *Thom.* Merckelbach *apud Klock. Tom. 1. conſ. 10. num. 490. & ſeqq. Limnæus in Jur. Publ. libr. 7. cap. 9. num. 153. Fritſch. de Jur. Luſtrat. & ſeq. cap. 8. n. fin. Dn. a* Seckendorff im Teutſchen Fürſten-Staate *part. 2. cap. 10. num. 9.* De ſubminiſtratione plauſtrorum caſtrenſium cum inter Ambtſaſſios & Præfecturas Electorales Saxonicas anno 1622. in Comitiis Torgavienſibus certatum fuiſſet, pro Præfecturis reſpondiſſe Electorem, donec Ambtſaſſii contra nos prætenſam ſervitutem do-

cuiſſent, refert *Heinricus* Springsfeld *de Jur. Apanag. cap. 7. num. 52.*

§. XXIX. Nec etiam ceſſant propterea certa & determinata ſervitia & operæ, quas ſubditi cuique Præfecturæ ratione rerum peculiariter ad eam pertinentium præſtare tenentur, idque vel ſecundum conſuetudinem, vel pacta curialia aut libros cenſuales, Dingnotul oder Erb-Bücher, de quorum confectione & probatione vid. *Carpz. L. 1. Reſp. 61. 62. 63. 64. & 65. & part. 2. conſt. 4. def. 6.*

§. XXX. Tandem ne plane deeſſet Domino copia evectionum, quando neceſſitas earum emergeret, paciſci de certo plauſtrorum & jumentorum pro certa & conventa mercede ad requiſitionem exhibendorum e re Dominorum fuit. Cum enim invitus locare vel conducere nemo teneatur: *L. 11. C. de Locat.* nec etiam ruſtici operas ſuas certa mercede elocantes, eas propriis ipſorum Dominis potius, quam aliis elocare obſtricti ſint, *Carpzov. Libr. 1. Reſp. 58.* niſi in caſu, quo operas ſuas vel Domino, vel extraneo elocari ipſorum nihil intereſt, *Carpz. d. Libr. Reſp. 59. & p. 2. conſt. 51. def. 9. Vid. Mantz. in Deciſ. Palat. qu. 13. n. 12. & plur. ſeqq* ne obtentu propriæ neceſſitatis vel commoditatis Domini rebus pro lubitu ſe abſtrahere poſſent ruſtici, opus hic fuit conventione, ut qua, quod ante erat liberum, ad neceſſitatem redigi potuit. *L. 5. C. de O. & A.*

§. XXXI. Deſinit præſtari pro opera pecunia voluntate Domini, & quando hic pro pecunia iterum operas & ſervitia exigit, quod ipſi ſemper liberum, nulla obſtante præſcriptione. Vid. §. *11. & Receſſus poſt* §. *7.* Adde *conſtit. Elect. part. 2. ibi:* Wo ſonſt keine andere Verträge vorhanden. ꝛc. *Berlich. p. 2. concl. 6. n. 10. Carpz. p. 2. conſt. 4. def, 4.*

§. XXXII. An derelinquendo Hubam vel agrum quis relevetur ab hoc onere. Videtur quod ſic, quia onus reale evitat, qui rem dimittit. *L. 64. ubi Gottofr. lit. a. ff. de Uſufr.* Et qui re caret, non debet onus, ſuper certa re impoſitum. *Anton. Faber ad Cod. Lib. 2. tit. 4. def. 9.* Sed cum cauſa hujus oneris non tam ſit poſſeſſio rei, quam conventio inter Dominum

minum & ſubditos inita, quæ perſonam obligat, deſertio rei ab hoc onere non magis, quam ab onere collectæ, quæ perſonæ regulariter propter rem indicitur, liberabit. *Bl. in L. cum fructuarius &c. in fin. ff. de Uſufr. Alex. conſ. 101. Faber ad Cod. Lib. 4. tit. 43. def. 11. n. 11. Peretz. ad Cod. Tit. de Indict. Libr. X. num. 27.*

§. XXXIII. Sed ſi caſu, qui varius incidere poteſt, deſerti fiant agri vel Hubæ, num portio deſertorum alios onerabit. Poſſit dici quod ſic, quia cuilibet pagorum diſtrictui certa ac determinata pecuniæ quantitas videtur indicta, quomodo deficientium portio gravat alios. *Chriſtin. Vol. 5. dec. 91. Klock. de Contr. cap. 17. n. 155. & Vol. 1. conſ. 28. n. 401.* conceſſo interim univerſitati prædiis deſertis hoc caſu uti frui. *Mæv. part. 4. dec. 162.* Uti econtra Collecta univerſitati eo modo indicta, non mutatur vel augetur aucto univerſitatis numero. *Bocer. de Collect. cap. 12. n. 8. & ſeqq.* Sed re inſpecta accuratius, non ſolum apparet, de ſingulis hubis collationem eſſe conventam; quomodo locus deſertus unius alterum non gravat, *Klock. de Tr. c. 13. n. 72.* ſed etiam hoc expreſſa lege eſſe cautum. Churfürſtl. Sächſiſche Neue Erörterung der Landes-Gebrechen, *Tit.* von Cammer- und Rent-Sachen, §. *22.*

§. XXXIV. Ab oneribus perſonalibus in quantum alias excuſet morbus, ſenectus & alia debilitas ſeu infirmitas tractat *de Collect. pag. m. 401. & plur. ſeqq.* An ergo & ab hoc onere iſtæ cauſæ excuſabunt. Videtur dicendum quod ſic, Collecta enim eo modo eſt imponenda, ſecundum quem eſſet diſtribuendum onus, propter quod imponitur. *Maul. de Homag. Tit. 9. n. 13. vid. th. 9. & ibi allegatos.* Sed uti immunes alias ab oneribus perſonalibus ob ſupra memoratas & alias ſimiles cauſas, ea tamen per ſubſtitutum præſtare coguntur, ſi non de jure, attamen de obſervantia & conſuetudine communi. Erhardt *concluſ. 32. lit. b. Balthaſ. cap. 10.* Ita multo minus hic levamen inde ſperandum, cum impotentia perſonæ adeo non obeſſe poſſit oneri patrimonii viribus expediundo. Et hic iterum ſuffragantem nobis habemus communem obſervantiam.

§. XXXV. Anne vero præſcriptio immunitatem præſtat ab hoc munere. De operis res expedita eſt, quod uti jus eas exigendi præſcribi, ita etiam immunitas ab eis præſcriptione acquiri poſſit. *Carpz. p. 2. conſt. 4. def. 1.* Erhardt *de oper. ruſt. concl. 32. lit. f. Balthaſ. cap. 10.* Requirunt tamen hic Dd. præter non uſum a parte Domini, ruſticorum contradictionem, quando eæ indictæ fuerunt. *Ziegl. ad aur. pr. Calvol. d. l. n. 84. & ſeqq. Balthaſ. d. l. Brunnem. dec. 80. cent. 5.* Quod tamen ad præſcriptionem pecuniariæ præſtationis pro operis æque non eſt neceſſarium, ut quæ convento die præter aliam interpellationem vel denunciationem debetur: præſcribetur ergo non minus immunitas ab hoc, quam ab aliis muneribus. *Mund. cap. 6. n. 666. & plur. ſeqq. Bocer. de Collect. cap. 11. n. 61. & multis ſeqq. Mæv. part. 8. dec. 321.* qui tamen ratione temporis inter ſe non conveniunt.

§. XXXVI. Adfinitatem aliquam cum noſtro hoc munere habet contributio pecuniaria, quam in Comitiis provincialibus Nobiles promittunt, Präſent-Geld, non tamen abſolute, ſed in tantum, in quantum contributio iſta loco ſervitiorum militarium, quæ alias Vaſalli de Feudis ſuis præſtare neceſſe habent, ut nimirum ad tempus certum iis releventur, promittitur. Vid. *Dec. Elect. 32. & ibi D. Philipp. obſerv. 1. num. 22.* Pertinet huc Dienſtgeſchirr-Geld, quod Civitates pro angariis & parangariis Domino olim pro ratione neceſſitatis exhibendis quotannis ſolvunt; quantitas ejus pro variatione civitatum variat. Item Dienſt-Geld, quod quarundam Præfecturarum ſubditi pro operis in Receſſibus exceptis & reſervatis præterea quotannis perſolvunt.

§. XXXVII. Dicendum nonnihil fuiſſet, de remediis ſeu Domino ſeu ſubditis ratione hujus muneris competentibus. Sed cum nihil hic ſingulare occurrat, filum abrumpimus, & diſputationi noſtræ finem facimus.

T A N T U M.

COROL-

# COROLLARIA.

## I.

AN forenſes propter agros alibi poſſeſſos oneri metatorum, pertranſitionum vel inhoſpitationum ſint obnoxii? Adfirmat Additionator Conſiderationum juridicarum DAVIDIS MEVII ſuper ſex diverſis punctis indeque reſultantibus quæſtionibus in cauſis proprietariorum & penſionariorum ſubinde occurrentibus, in quæſtione operi adjecta 7. n. 41. & plur. ſeqq. ad fin. Negat HAHN. ad Weſenb. Tit. de. Mun. & honor. n. 3. cui accedimus.

## II.

Contra literas Cambii an opponi poſſit exceptio non numeratæ pecuniæ? Negat CARPZOV. L. 2. Reſp. 92. Adfirmat, & quidem rectius BRUNNEM. ad L. 5. C. de non num. pecun.

## III.

Infami an poſſit deferri juramentum? Negat CARPZ. p. 1. conſt. 14. def. 6. Adfirmat & quidem rectius BRUNNEM. ad L. 35. & ſeqq. & ad L. 9. n. 15. ff. de Jurejur.

## IV.

In Proceſſu executivo an locus ſit delationi juramenti? Negat CARPZOV. p. 1. conſt. 12. def. 35. & L. 3. Reſp. 52. Adfirmat BRUNNEM. ad L. 38. n. 9. & ſeqq. ff. de Jurejur. Cujus ſententiam extra caſum, quod ſtatuto introductum, probamus.

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0033-9

104
73
9.10

6078

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0035-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0036-6

21

# …ORI WACKII

…CBERRIMI

…IO IVRIDICA

…E

# …ATIONE

# …& SERVITIO-

# …CANORVM

…:

# …Hufen-Gelde.

…ERTIA.

…ST. SCHROETERVM

…XXXII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-427083-p0037-2